



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 164. An Superiores Religiosi graviter peccare possint dissimulando
leves defectus subditorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

à restitutione non posunt excusari. *Molin. Less. c. 13.* ^{cc}
num. 75. Fill. T. 36. n. 114. 3. Si absque gravissima causa
 discedant à Domino ante terminum elapsum, ^{cc}
 ultra hunc verò manere non tenentur, etiam si ^{cc}
 morbo impediti servire aliquamdiu non potue- ^{cc}
 rint. *Molin. l.c. Reginald. n. 517. Escob. E. 7. num. 57.* ^{cc}
 4. Si Domino in rebus magni momenti non obe- ^{cc}
 diant. *Bonac. l.c.*

II. Famuli non peccant, si sustentationem, ^{cc}
 vel mercedem justam Domino negante, utantur ^{cc}
 compensatione occultâ. *Molin. loc. cit. Fill. n. 105,* ^{cc}
 dummodo tamen alius modus non sit impe- ^{cc}
 trandi ; nec plus accipiatur , quām debetur; ^{cc}
 neque scandalum, aut aliud incommodum grave ^{cc}
 timeatur. *V. Bonac. T. 2. de Restit. D. 1. Q. ult. P. 2. n. 16.* ^{cc}

III. Similiter pro obsequiis, ad quæ non tene- ^{cc}
 bantur, præstitis (si quidem illa non gratis & libe- ^{cc}
 raliter , sed animo mercedis exhibuerint) licere ^{cc}
 ex rebus Domini accipere compensationem, quæ ^{cc}
 aliter obtineri non possit, docet *Nav. Cap. 17. n. 108.* ^{cc}
Less. l.c. Plura de his vide infrā Tract. 5. c. 1. D. 4. Et ^{cc}
t. 3. D. 10. & Bon. Tom. 2. circa 4. Præc. D. 6. Q. un. P. 8. ^{cc}

A D D E N D A.

Q. 164. *An Superiores religiosi graviter peccare* ⁷⁰⁹
possint dissimulando leves defectus subditorum.

R. Possunt, uti rectè *Lugo de Just. D. 9.* à n. 21, nam
 si Superior dissimulando fit causa , quod subditū
 passim peccent venialiter, peccat ipse mortaliter,
 quia notabile malum est, si in communitate reli-
 giosa , cuius perfectioni graviter tenetur studere
 Superior, invalefacit consuetudo peccandi venialiter.
 Similiter peccat mortaliter Superior , si per ejus
 dissimulationem passim negligatur observantia
 alicujus Regulæ , v. g. Regulæ prohibentis
 ingressum in aliena cubicula, Regulæ silentii, &c;

D d

licet

licet transgressio talis Regulae ne veniale quidem esset. Ratio est, quia observatio talis Regulae multum confert ad decorum, aedificationem & utilitatem talis Communitatis, saepe etiam præcava gravia mala in subditis, ergo si Superior negligenter fungitur munere suo, nocetque graviter Communitati, ac gravius peccat, quam si in administrandis temporalibus gravem committere negligentiam; mortale tamen non erit, si tantum aliquando & non frequenter violetur Regula propter dissimulationem Superioris, aut si talis Regula negligatur, quæ non multum conferunt ad disciplinam vel ornamentum Monasterii, vel ad spiritualem profectum subditorum, sic ut si apud aliquos sit Regula, ut latine loquantur, non videtur fore mortale, si per dissimulationem Superioris causetur negligentia istius Regulae.

D U B I U M V.

*Quid teneantur Conjuges erga se mutuo
vi hujus Praecepti.*

708

" **R** Efp. Uxor in iis, quæ spectant ad dominum gubernationem & bonos mores, tenetur ob-
" dire marito; hic vero uxorem, non ut servant,
" sed ut sociam tractare. Ratio est, quia maritus est
" caput, & uxor commensrum. *Navar. c. 14. n. 40.*
" *Tolet. Fill. T. 28. P. 2. n. 144. C. comm.* Unde resolvitur
" I. Conjuges peccant. 1. Si debitâ intentione
" non contrahant Matrimonium. 2. Si sine dispensa-
" tione prætermittant proclamationes. 3. Si Sacra-
" mentum Matrimonii in statu peccati mortalis
" recipiant. 4. Si utantur Matrimonio contra na-
" ram, vel modo indebito, vel cum periculo abortu-

5. Si cul...
I alite
pro exp...
din...
ex p...
imp...
cili...
vita...
& n...
Tol...
5. Si ince...
V. in...
don...
pro...
c. I. I
I mel...
Si in...
sinè...
diat...
tant...
nite...
mag...
Tru...
cast...
moo...
& st...
nisi...
disc...
& re...